Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



126 194

in dño et ipe te eximet ℣ Dum clamarem ad dñm ex
audiuit uocē meā ab his qui appiquant mihi Alla ℣
Diligam te dñe uirtus mea dñs firmamentū meū et refugiū
meū Ant. Erant appiquēs Sdñm Lucam mei
tes ad eum publicani et peccatores: ut audi
rent illum Et murmurabant scribe et phari
sei dicentes Quia hic peccatores recipit et mā
ducat cum illis Et ait ad illos parabolam istā
dicens Quis ex uobis homo qui habet centū
oues et si perdiderit unam ex illis: nonne dimit
tet nonaginta nouem in deserto et uadit ad
illam que perierat donec inueniat illam Et
cum inuenerit eam: imponit in humeros suos
gaudens Et ueniens domum: conuocat amicos
et uicinos dicens illis Congratulamini mihi
quia inueni ouem meam que perierat Dico
uobis: quod ita gaudium erit in celo super
uno peccatore penitentiam agente: quam super
nonaginta nouem iustis qui non indigent pe
nitentia Aut que mulier habens dragmas
decem: si perdiderit dragmam unam nonne
accendit lucernam et everrit domum et que
rit diligenter donec inueniat Et cū inuenerit
: conuocat amicas et uicinas dicens Con
gratulamini mihi: quia inueni dragmam
quam perdideram Ita dico uobis: gaudium
erit coram angelis dei super uno peccatore pe
nitentiam agente Off. Peribunt inte omnes qui
nouerunt nomen tuū dñe qui non derelinquis quaeren
tes te psallite dño qui habitat in sion quoniam nō est
oblitus ~~clamorem~~ pauperum Sec. Respice dñe mu

#clamorē